Clar.me dn. D. Consul amplissime, affinis ſil. col.e Tui graues casus magno certè mihi dolori fuerunt: intelligo meij esse officij, ut ~~eorum~~ consolandi gratiâ aliquid ad te scribam: ac quod ad obitum unici carissimiq; filij, aliquid meditabor, quod mittam per proximum tabellarium, qui hinc Rostochium ibit. Namq; nunc me meditari nec scribere quidquam amplius poteram. Cum enim illius hostis mei de me mendacia et calumniæ magis magisq; longè latèq; disseminentur, tale quoddam consilium coepi: conscribo orationem pro existimatione mea, in qua ego in illum nihil dico: cuius si editio mihi negabitur, descripta etiam quovis sumptu in plures academias, aulas, civitates etc. mittam. Nam superstitibus adhuc de mea innocentia, plurimis constare volo. Accedit ad occupationes meas, quod heri itemq; hodie aliquid domi meæ turbatum est, quod ipsum quoq; animum meum grauiter perturbavit: atq; hoc potissimum capio commodi, dum alijs inservio. De altero casu tuo, afficior eo et ipse maximè,

nec ej malo quidquam dispicio remedij, n
aliqua caussa sit ἐπιεικείας. Et è tertio te
facile emersurum mihi persuadeo; nec ve
dubito, quin in sorte pro prudentiâ tua mo-
deratè geras. Vale. Helm. exar. Jul.
die Palmarum, CIϽ IϽ C.

Tu. Κονρίγγιος

Dem Ehrnvesten, Achtbarn, Woll-
weisen und Hochgelahrten Herrn Johan
Schwartz beider Rechten Doctori,
Syndico und Burgermeister der Stadt
Parchim, meinem freundlichen
lieben Schwager.

Parchim